pecunia pro ejus auxilio erat, Et ad tantam penuriam civitatem coegit, ut canes et gattos et coria animalium mortuorum comederent. Sed dictus imperatoris Constantinopolitani legatus, videns, quod civitas perdebatur, exinde exercitum congregavit, ita quod obsidionem fugavit et civitatem ipsam defendit. || Eodem anno quinto idus Augusti Campanile sanctae Mariae de Pisis fundatum est. || Eodem anno toto et amplius magna fames et grandis penuria omnium rerum fuit.

A. D. MCLXXVI. Facta est pax cum comite Macario et filiis ejus et cum hominibus de Sancto Miniate, qui erant dispersi, in castro Sancti Miniatis honorifice restituerunt, ex quo Lucani in magnam tristitiam devenerunt. || Eodem anno Pisani pro recuperanda Sardinea, cujus jam quasi medietatem Janu-enses invaserant, duas cum duobus consulibus miserunt galeas, quae Sardineam suo supposuerunt communi, et tam judices quam alios homines stare preceptis Pisano-

gactas V. gattas P.
comederunt V. commederent P.
(5)
c/ 15
c/ MCLXXV. V 15 1175. P.
Machario P. Maccario 15
Et Pisani et Florentini homines de Sancto Miniate, P. (supra)
castrum V. P.
restituerunt 15.
magna V.
suppos. E 15.